Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-502208-p0001-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-502208-p0002-7

90

AETERNAM TRANQVILLITATEM
NOBILISSIMAE OMNIQVE VIRTVTVM GENERE ORNATISSIMAE MATRONAE

ELEONORAE KUPITIAE,

VIRI PLVRIMVM REVERENDI, AMPLISSIMI, DOCTISSIMI,

IOANNIS HEINRICI MICHAELIS,

SACRARVM LITTERARVM, GRAECAE ORIENTALIVMQVE LINGVARVM IN REGIA FRIDERICIANA AD SALAM PROFESSORIS ORDINARII OPTIME MERENTIS

CONIVGI LECTISSIMAE

QVVM INTER VEHEMENTES VENTORVM STREPITVS PLACIDA MORTE ANIMVM CAELO

A. D. IIII. KAL. NOVEMBR.

SVMMO MANE REDDERET, EXSVVIAEQVE CHRISTIANO RITV KALENDIS NOVEMBRIBVS

CIↃ IↃ CCXI. HVMARENTVR

CONGRATVLARI DEBVERVNT

POSTEA RECENSITI.

HALAE MAGDEBVRGICAE,
Literis CHRISTIANI HENCKELII Acad. Typogr.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-502208-p0003-3

O Quam terrificis vmbræ nox obſita pennis
Vi râpidi Zephyri grandiſonante fremit!
Sic tonuit Boreas, fremituque Favonius arſit
Cinnereth calidos, quæ tremefecit agros.
Tetrica caligo vix noctis nomine digna eſt,
Quod placida debent cuncta quiete frui.
Sic furor Hippotadis tempeſtatesque ſonoræ
Nautam perterrent, diſsiliente rate.
Illeque ſollicitus manibus moderantibus optat
Portum ſecuræ tutus adire ſpei.
Nec reor Aeolii regis, qui carcere frenat
Ventos, antra flabro turgidiore premi.
Nam licet hoc ſoleat crepitante furore coloni
Conquaſſare caſam; non tamen hæcce ruit.
Aſt hæc ventorum rabies creperæque procellæ
Aeriæ turris culmina celſa mouent.
Hæc quoque fulminei tempeſtas aſpera cæli
Decuſsit noſtros, turbine flante, lares.
Decuſsit firmum fulcrum ſolidamque columnam,
Quam noſtræ excipiet magna ruina domus.
Noſtra domus mater claro virtutis honore
Quæ ſtetit & diua relligione fuit.
Iuſtitiam coluit, miſeris ſuccurrit egenis,
Signa pudicitiæ candidiora dedit.
Et ſapiente animo curare domeſtica nouit,
Vtile quod domui, noxia quæque forent.

Hanc,

Hanc, o triſte malum! lethalia frigora nobis
Eripiunt, mœſtum deſtituitque virum.
Hinc pendente peplo nimium profitente dolorem
Aſſiduis lacrimis lumina plena tegit;
Et ſane merito; ſi, quæ tenet, adſpicit ille
Deſolata ſua coniuge tecta domus.
Sed cuncti gemitus ex imo pectore ceſſant,
Et mœſtæ mentis mœror amarus abit;
Si quando reputet, quas ad perrexerit oras.
Ad quos Sanctorum venerit illa locos.
Non vbi nimboſi boreali flamine venti,
Neue procelloſo flabra fragore ſonant.
Non vbi Threicius Boreas turrita domorum
Culmina proſternit, mœnia neue mouet.
Non vbi fulmineæ ſonitu reboante procellæ
Pectora prægelido ſancta pauore replet.
Non vbi vis auſtri violentis ignibus vrit,
Vulturnusque aſper flumina ſicca facit.
Aſt vbi diuinum flamen vitalibus auris
Corpora terreſtri morte peremta dabit.
Et ſanctas animas patriæ cæleſtis alumnas
Aere pertenui flaminibusque fouet.
Non vbi lethæus ſomnus, trinæque ſorores
Fila breuis vitæ deproperare queunt.
Sed lux immortalis adeſt, & vita perennis
Cum iubilo, plauſu, deliciisque manet.
Hinc, qui mœſtus ades, mentemque doloribus angis,
Triſtitiæque tuo pectore vulnus habes.
Comprime manantis rorantia flumina riui,
Et ſicca madidas, VIR VENERANDE, genas.
Illa beatorum cæleſti in ſede recepta
Haud noſtros gemitus triſtitiamque cupit.
Sed potius reſonante iubet gaudere loquela,
Grataque ſupremo ſoluere verba DEO;

Quod

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-502208-p0005-4

Quod ſit ab humanis rebus ſeiuncta, Deique
Magnificas aderit, luce micante, domos.
Ergo pone tuum tranquilla mente dolorem
Et lacrimas cohibe, Vir Reverende, tuas.

Συμπαθείας affectum ſubmiſſo cultu Venerando Præceptori & Hoſpiti
ſignificaturus divinæ conſolationis vbertatem adprecatus ſcripſit

M. Georg. Io. Hencke.

Ὡς δόμον ἐξαπίνης ἄνεμος σὺν λαίλαπι πολλῇ
Ἐλθὼν σφόδρα κινεῖ, τῶν τε βροτῶν κραδίας.
Ὡς καὶ σοῦ ἄνεμος θανάτου, ὦ ΠΟΤΝΙΕ, ἦτορ
Πλήττει, ἐκ βλεφάρων δάκρυα πολλὰ ῥέει.
Δεῦψε γὰρ ἠελίου γλυκερὸν φῶς ἐσθλὰ ἄκοιτις,
Ἡ ἀρετὴ παντων δῶκεν ἔρωτα βροτῶν,
Ἧ καὶ Ὑψιμέδων σύνεσιν περίδωκε μεγίστην
Εἰς φρένα, ὡς οὐδὲν πώποτε τήνδε ἔχειν.
Αὐτὰρ χρὴ θαρσεῖν, Θεοῦ ὡς ἐκ ῥήματος οἶδας,
ΑΝΕΡ, τῆς Σοφίας τοῦτο θέλημα πέλει.

Συμπάσχων ἔγραψεν
HEINRICUS CHRISTOPHORUS Weſſelmann/
Scholæ orphanotrophei Latinæ Præceptor.

Müſſen denn des Todes-Pfeile
Abermahl gemercket ſeyn?
Fällt durch ſie die beſte Säule
Eines wehrten Hauſes ein?
Soll denn was am ſchönſten blühet/
Auch am erſten fallen ab?
Muß denn die ſich ſehr bemühet
Fromm zu ſeyn / ſo bald ins Grab.
Ach! Wem gehet nicht zu Hertzen
Dieſer allzufrühe Tod!
Wer empfindet keine Schmertzen
Bey ſo übergroßer Noth!
Doch hält man ja billig ſtille
GOttes wunderbahrem Rath/
Und dem was ſein Vater-Wille
über uns verhänget hat.
GOttes Wille iſt zum Guten
An der Seligſten vollbracht.
GOtt hat über all Vermuhten
Gar nicht böſe dis gemacht.
Höchſter hemme alle Leiden/
Die ob dieſem Tod entſtehn':
Laß / wenn wir von hinnen ſcheiden/
Uns der Seligſten nachgehn.

Hiermit hat aus ſchuldigſter Obſervance ſein
Beyleid bezeugen wollen
I. H. ERNST, M. C.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-502208-p0006-0

2°

Gb 956,

ULB Halle 3
001 594 761

Walter Becker
Buchbinderei
Halle, Thüringer Str. 24

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-502208-p0007-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-502208-p0008-1

AETERNAM TRANQVILLITATEM
NOBILISSIMAE OMNIQVE VIRTVTVM GE-
NERE ORNATISSIMAE MATRONAE

[illegible]ONORAE
[illegible]UPITIAE,

[illegible]MVM REVERENDI, AMPLISSIMI,
DOCTISSIMI,

[illegible]NIS HEINRICI
[illegible]ICHAELIS,

[illegible] LITTERARVM, GRAECAE ORI-
[illegible] LINGVARVM IN REGIA FRIDERICIA-
[illegible]SALAM PROFESSORIS ORDINARII
OPTIME MERENTIS

[illegible]VGI LECTISSIMAE

[illegible]HEMENTES VENTORVM STREPITVS PLACI-
[illegible]DA MORTE ANIMVM CAELO
A. D. IIII. KAL. NOVEMBR.
[illegible]EDDERET, EXSVVIAEQVE CHRISTIANO RITV
KALENDIS NOVEMBRIBVS
[illegible] CIↃ IↃ CCXI. HVMARENTVR
[illegible]NGRATVLARI DEBVERVNT

[illegible]STEA RECENSITI.

HALAE MAGDEBVRGICAE,
Literis CHRISTIANI HENCKELII Acad. Typogr.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-502208-p0009-0